



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Commendatio Abbatis Roberti, per Gauterum Episcopum Cabilonensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

COMMENDATIO ABBATIS ROBERTI,
per Gauterum Episcopum Cabilonensem.

DILECTISSIMO fratri & Coepisco-
 po Roberto Lingonensi Episcopo
 Gauterus Cabilonensis Ecclesiae seruus sa-
 lutem. Notum sit vobis fratrem Robertum,
 cui Abbatiam illam in nostro Episcopatu-
 sitam, quæ nouum Monasterium dicitur, com-
 miseramus, à professione, quam Cabilo-
 nensi Ecclesiae fecit, ab obedientia, quam
 nobis promisit, secundum Domini Archi-
 episcopi definitionem, à nobis esse absolu-
 tum. Ipse autem monachos illos qui in pre-
 fato novo monasterio remanere decreue-
 rant, ab obediëtia, quam sibi promiserant,
 & à professione liberos & absolutos dimi-
 sit. Illum ergo amodò suscipere & honori-
 ficè tractare ne vereamini. Valete.

DE ELECTIONE ALBERICI
Abbatis Cisterciensis Ecclesiae.

VIDVATA ergo suo Pastore Cister- *albericus*
 ciensis Ecclesia conuenit, ac regulari *abbas*
 electione quendam fratrem *Albericum* no- *Cisterci-*
 mine in Abbatem sibi promouit, virum *sis.*
 scilicet litteratum, in diuinis & humanis
 satis gnarum, amatorem regulæ, & fra-
 trum, quique prioris officium & in Molis-

B mensi